KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

Ochrona i Konserwacja Cieszyńskiego Dziedzictwa Piśmienniczego

2007-2010

Wsparcie udzielone przez Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię poprzez dofinansowanie ze środków Mechanizmu Finansowego Europejskiego Obszaru Gospodarczego

eea grants iceland liechtenstein norway

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

Origo, Genealogia, Series & nota potiora gesta Ducum Piastorum Teschinensium

Teschinium aedificavit Ao 810 Casimirus Leszij 3tij Ducis Poloniae filius. Primus dux Teschinensis, cujus Successores ignorantur, sed verosimile est: quod Duces Poloniae aeque fuerint Duces Teschinenses usque ad Annum 965, quo Mieczislaus Imus aliter Mieslaus dux Poloniae & Teschinensis baptizatus est, & Christianam Religionem in Poloniam, atque Silesiam introduxit. Gentilismus igitur regnavit annis 155. Post Mieczislaum Duces Poloniae videntur & Teschinij regnasse, prout Boleslaus altus filius Wladislai Imi Regis Poloniae super integram Silesiam imperavit, qui ante mortem suis filijs divisit Provin=ciam Anno 1164, cujus filio natuminimo Mieslao obvenit Ducatus Teschi=nensis, Oppoliensis, Ratiboriensis, Oppaviensis, Carnoviensis, Dynastia Bithumiensis, & Falkenbergensis, cui etiam Casimirus M. donavit Du=catum Oswięcim! Hic Mieslaus fundavit Monasterium Monialium Prae=monstratensium Rybnicij & postquam regnasset annis 47, mortuus est Ao 1211 16 Maji. cui successit filius unicus videlicet:

Casimirus Imus qui cum Wenceslava Conjuge sua duos genuit filios Mieslaum IIdum & Ladislaum Imum. Idem Casimirus transtulit Monasterium Rybnicense in Czar=novantz. Teschinij vero aedificavit Templum ad nascentem B. V. M. & Monaste=rium, ad quod introduxit Ordinem Praedicatorum Ao 1225, & tandem mortuus est 1234. cui successit filius primogenitus ipse:

Mieslaus IIdus qui duxit in Conjugem Juditham Conradi Ducis Moscoviae filiam sed decedenti absque haerede successit frater

Ladislaus Imus qui duxit in Conjugem Euphemiam Primislai Ducis Gnesnensis & Posnaniensis filiam, & cum ea genuit 5 filios Mieslaum 3tium. Casi=mirum 2dum. Jacobum, Boleslaum & Primislaum. Haec Euphemia de novo restauravit templum nascentis Virginis. ac in eo suum, & Successorum constituit Sepulchrum. Mortuus est Ladislaus Imus. Ao 1272, cui successit Mieslaus III sed videlicet absque haerede decessisse, nam eidem successit Frater Ao 1282.

Casimirus II qui duxit in Conjugem Beatricem Ottonis Marchionis Brandeburgici filiam, & cum ea progenuit 4 filios Ioannem, Casimirum III, Wladislaum, Zamovitum, & ~~Primislaum~~. ~~Zamovitum~~ unam filiam Wiolam. Anno 1289 mortuo Casimiro IIdo successit filius ipse:

Casi… Regis… Casimi… 2 filios… eidem e… Primis… in viv… Ducatu… Primi… Ducat… success… Bolesl… thua… Boles… Boleslau… relic… Hic… Bole… progen… Cesla… Wence… filiam… Succes… Primisla… pretio… sumptu… Princip… collocav… Boleslai… Casimiro… merite… Victor…

Casimirus III qui primus cum reliquis Ducibus Silesiae se subjecit protectioni Regis Bohemiae Joanni, à quo donatus fuit Ducatu majoris Glogoviae Ao 1331.

Casimirus III ~~qui primus cum reliquis Ducibus Silesiae subjecit~~ progenuit 2 filios Zamovitum & Primislaum. Zamovito tradidit Ducatum Glogoviensem, in Ducatu verò Teschinensi, postqm obyßet Ao 1358 succeßit eidem ejus filius videlicet

Primislaus Imus qui genuit duos filios Boleslaum & Primislaum IIdum, hic in vivis Ao 1400 divisit suas Provincias suis filijs, Boleslao tradidit Ducatum Glogoviensem. In Teschinensi eidem succeßit

Primislaus II postqm verò obyßet Primislaus I Ao 1407, fratres comutârunt Ducatus suos, Primislaus II occupavit Glogoviensem, in Teschinensi verò succeßit

Boleslaus Imus qui Ao 1422 duxit in Conjugem Sophiam Olgardi Ducis Lithuaniensis filiam, & cum ea progenuit 4 filios, & 2 filias, nempe: Wenceslaum, Boleslaum II, Wladislaum & Primislaum III. Veronicã & Magdalenam

Boleslaus Imus mortuus est Anno 1433 & propter minorennitatem filiorum regnavit relicta vidua Sophia.

Haec Sophia Ao 1442 in vigilia S. Andreae transtulit Ducatum in filium

Boleslaum II hic duxit Annam Zamoviti Ducis Moscoviae filiam, cum qua progenuit filium Casimirum 4tu & 2 filias nempe Sophiam & Annam. mortuo Boleslao 2do succeßit frater

Wenceslaus I qui duxit in Conjugem Euphemiam Zamoviti Ducis Moscoviae filiam, cum qua genuit Wenceslaum II & Primislaum 4tu Wenceslao Imo post mortem succeßit frater

Primislaus III infelix in regimine, qui in bello captus, & à Mathia Huniade magnô pretiô redemptus, tandem eidem expensas resarcire coactus curis, & labore consumptus obijt Glogoviae 1477 unde sua ossa transportari curavit Teschinium, hic Princeps Ao 1445 aedificavit Monasterium post portam Freystadiensem, in quo collocavit Fratres Minores de Observantia, Ducatum verò per testamentum legavit Boleslai II fratris sui filio

Casimir 4to qui constitutus fuit Supremus Gubernator utriusque Silesiae & ob sua merita à Rege Ludovico Ao 1528 Ducatu Oppaviensi donatus, hic duxit Joannam Victorini Münsterbergensis ducis filiam, cum qua progenuit 2 filios Wenceslaum III

~~&~~ Fridericum. Casimirus tradidit Ducatum in vivis suo filio Primogenito
Wenceslao III. qui duxit in Conjugem Annam Friderici Marchionis Brandeburgici
filiam Aō 1518. mortuus autem est vivente suo Patre Aō 1524 relinquens filium
posthumum successorem suum
NB Wenceslaum Adamum qui duxit 1mo in conjugem Mariam Borinstein
cum qua genuit filium Fridericum Casimirum. Fridericus Casimirus duxit
in Conjugem Catharinam Friderici III ducis Ligincensis filiam, sed nullos reliquit
Heredes, nam mortuus est Anno 1571. post cujus fata Parens Wenceslaus -
Adamus ad conservationem stirpis duxit 2do in Conjugem Catharinam Sidoniam
Francisci Ducis inferioris Saxoniæ & Westphaliæ filiam, cum qua genuit 3 filios,
et 1 filiam ipse Christianum Augustum, qui paulo post obyt, Adamum Venceslau,
& Joannem Albertum, qui æque paulo post mortuus, & Sidoniam Mariam.
Hic Wenceslaus Adamus transivit ad Confessionis Augustanæ Religionem
quam etiam in toto Ducatu Teschinensi implantavit, vixit annis 55, regnavit
annis 39. mortuus ē Aō 1579 cui successit filius unicus
Adamus Wenceslaus Aō 1595 qui ex Conjuge Elisabetha Gotthardi Ducis Cur-
landiensis filia progenuit Fridericum Wilhelmum, & Elisabetham Lucretiam
Hic Adamus Wenceslaus erat Supremus Mareschalcus Exercitus Rudolphi II Imperatoris
& Regis Bohemiæ in tota Slesia constitutus, quem Cæsar in Ungariam ad comprimen-
-dos rebelles cum Exercitu ablegavit, Adamus ~~vero~~ Wenceslaus vero gloriosè, & feliciter
suum gessit officium. nam Aō 1607mo rebellem Transylvaniæ Ducem Zekel Mores forsan
debellavit, tandem ad gremium Ecclesiæ Catholicæ convolavit et Aō 1611 Ecclesiam
& Monasterium cum cæteris possessionibus Ordinis Prædicatorum Teschinij restituit.
mortuus est Aō 1617, eidem successit filius unicus ipse
Fridericus Wilhelmus Aō 1618 et Aō 1625 obyt, atque cum eo Stirps Regia Piastæa
extincta fuit, huic successit Soror unica
Elisabetha Lucretia, quæ pariter Aō 1653 19 Maji obyt, cui successit
Leopoldus Rom. Imper. Boh. & Hung. Rex, huic
Josephus I Rom. Imp. Boh. & Hung. Rex huic
Franciscus I Rom. Imp. & Magnus Dux Hetruriæ & Lotharingiæ, huic demum
Christina filia Francisci I Imperatoris filia & Conjux Alberti Principis Saxonicæ
DVCIbVs TesChInensIbVs sepVLterna reqVIes.

Stephan Tekely

KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl